



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

An Pharisæus orauerit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

QVÆSTIO I.

An non sit inuenturus fidem filius hominis?

Infirmas in fide causa est cur preces non audiantur.

§. 1. CVt hoc velut inopinatum subiungat exhortationi ad orationem, operæ pretium est intelligere. Dei immensam in precibus suorum accipiendis misericordiam à dissimili explicuit, & sane tam multi orantes non exaudiuntur, magna est omnium rerum confusio, improborum superbia, innocentium suppressio. Causa est fidei languor, aut etiam infidelitas. Quid enim mirum eos qui negligenter, & cum fastidio orant non exaudiri à Deo? iam vndique nos bella premunt, collucet agris flammis, qua vasti non sunt, ipsæ reliquæ decimantur. Plurimum est vbi que consiliorum, querelarum, conuictorum, blasphemiarum, odiorum, qui firmam in Deum spe recumbat, qui orationi instanter vacet, lachrymis Deum placeat, mundi pereuntis vitia deserat, rarus est; Quis regum seuitiam accuset, si rei tanta est contumacia, vt deprecati nolit? si non modo venia offerenda est, sed rogandus vt rogare velit?

Non extinguetur omnino fides.

§. 2. Non tamen omnem fidem abolendam esse constat, sed in paucis inueniendam, vt Hilarius in Psal. 56. Gentes etiam omnes spernet visitatas, & non obediens: quia quamuis ex his sit portio quantalacunque credentium, tamen vniuersitas reputabitur in plurimis, secundum illud dictum Domini. Nunquid cum venerit filius hominis inueniet fidem super terram? Non quod in aliquibus non reperietur quibus & dicitur: Venite benedicti patris mei, possidete præparatum vobis regnum à constitutione mundi, sed cum pauci ex omnibus gentibus sint fideles per paucos efficitur ne non omnes gentes sint infideles. Vix fore fidem monet Cyprian. de vnit. Eccles. August. Serm. 146. de tempore, & Epist. ad Hesyech. 80. & Esa. 59. De eadem fidelium paucitate & mundi apostasia obiciebant alii

Donatistæ his verbis ad suam heresim abusi.

Donatistæ apud Augustin. l. de vnitare Eccles. cap. 15. Item dicunt de Apostasia orbis terrarum, dictum esse quod ait Dominus, filius hominis veniens putas inueniet fidem in terra? Quod nos intelligimus dictum vel propter ipsam fidei perfectionem qua ita difficilis est in hominibus, vt in ipsis quoque admirabilibus sanctis, sicut in ipso Moysse inueniatur aliquid vbi trepidauerint, vel trepidare potuerint; vel propter illam iniquorum abundantiam & paucitatem bonorum de quo satis diximus. Propterea enim tanquam dubitans hoc dixit Dominus.

Homines de fide dubitaturi.

Neque enim ait: Filius hominis veniens non inueniet fidem in terra? Cui vtique cuncta scienti & præscienti de aliqua re dubitare non conuenit, sed illius dubitatio dubitationem nostram figurauit: quia propter multa scandala circa finem seculi pululantiæ, hoc quoque erat quandoq. infirmitas humana dictura.

Quod versu 9. dicitur: Parabolam illam, quidam libri habent additum dicens; quod delendum est, vt etiam v. 13. mihi peccatori, amen. nam dictio amen non est in Græco, ne latinis correctis.

VERSVS II.

Pharisæus stans, hac apud se orabat: Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum.

QVÆSTIO I.

An Pharisæus orauerit?

Oratio Pharisæi.

§. 1. QVod noster interpres conuertit; stans hac apud se orabat. In Græco est: στῆς ἐν ἑαυτῷ προσευχόμενος, quod potest admittere duplicem distinctionem, vt vel apud seipsum stetisse, seu solus & seorsum dicatur. Vel vt orasse apud seipsum dicatur, vt noster habet. Syrus ita vertit: בני בראייתו בנפשו בנפשו בנפשו, inter se ad animam suam,

seu, inter se anima sua, Non autem: inter se & animam suam, non est enim interposita coniunctio.

§. 2. Videtur non orare, sed seipsum laudare, & sic ne vera oratio non est, sed iactatio. Augustinus negat in eius verbis inueniri quid rogauerit Deum.

§. 3. Orationem tamen veram imitatur, nam gratias agere se Deo simulat. Gratiarum actio oratio est. Sed hic ne vera quidem est gratiarum actio.

§. 4. Excusabilis videtur quod bonorum suorum auctorem Deum agnoscat. Multis tamen modis delinquit. Neque enim peccatorum suorum meminit, nec veniam petit. Gregor. 123. moral. c. 7. quatuor species Pharisæicæ superbiae recenset. Quatuor quippe sunt species quibus omnis tumor arrogantium demonstratur, cum se super bonum aut à seipsum habere se estimant, aut si sibi dantur de se super credunt, pro suis se hoc accepisse meritis putant, aut certe cum iactant se habere quod non habent, aut despectu ceteris singulariter videri appetunt habere, quod habent. Vnde & Pharisæus idcirco de templo absque iustificacione descendit, quia bonorum operam meritum sibi quasi singulariter tribuens, oranti publicano se prætulit.

§. 5. Superbissimam porro Pharisæorum fiduciam superat Caluiniana, de qua vere in præfat. libri Arminiani. [Caput autè & vlti. fontis vniuersi omnium quos ille culpabat errorum est, præpostere concepta de diuina prædeterminatione opinio, hoc enim caput ita vt à Caluino conceptum est, iudicabat non tantum à ratione omni, sed etiam à natura ipsius Dei & factis literis esse alienum: ipsis quinque moribus omniq. Caluiniana religioni adeo aduersum, vt si quis ex illius sententia maiorem tenore vitam suam institueret, non posset vilo modo aduersa ad salutem pertinere. Quid enim mundum aut car. Deo. & nem cum omnibus voluptatum illecebris & lenociniorum irritamentis fugiat is, qui credit certoque sibi persuasum habere, non posse se salute sua excidere, sed tam esse necessarium vt saluetur etiam post peccatum, quam necessarium est, vt Deus decretum suum non frangat.] Quomodo autem legem seruare possimus, alias sæpe docui, nunc moneo ab illa carnali seu diabolica opinione de legis impossibilitate Arminianos recessisse, ita Arm. respons. ad artic. 9. [Postulatio legis secundum mentem postulantis est estimanda, qui cum aut rigide velit in summo perfectionis gradu illam obseruari, aut secundum Arminianum tantum, respondunt bifariam: nempe si postulet secundum Arminianum tantum, & vires quas contulit proportionate sint postulato, non posse hominem talem legem Dei perfecte præstare, si consideretur vt præstanda. Exprobra rigorem. Si vero postulet secundum Arminianum & non vt vires collatæ sint proportionatæ, quod dicendum est, cum Euangelico fœdere postulet: respondendum est perfecte posse seruari. At quæstio de potentia non est tanti momenti, vt inquit Augustinus, modo quis fateatur per gratiam Christi id fieri posse.]

§. 6. Tertull. 1. cont. Marcionem c. 36. Ostendit Deum creatorem adorari, & eum esse patrem Christi. Nam si orandi perseverantiam, &c.

§. 7. Caluinus in huius loci expositione varius est, nam interdum Pharisæi culpam exaggerat, interdum deprimat. [Quantum autem Deo gratias agens, tetur quicquid bonorum operum habet, merum esse eius beneficium: quia tamen operum fiducia innititur seque aliis præfert, cum sua oratione reicitur, vt de colligimus non rite, neque in solidum humiliat homines, (quamuis se nihil posse repent) nisi operum meritis limal diffisi, salutem suam in gratuita Dei bonitate locare discant, vt illic fundata sit tota illorum fiducia. Insignis locus. Nam quibusdam iusticie re videtur, si homini detrahant bonorum operum gloriam, quia dona sunt Spiritus sancti, atque ita gratias iustificat nos intelligunt, quia nihil iusticie in nobis

ADAMI
112
+ EVANG
CIV

habet reperit Deus nisi quod contulit, at qui longius progre-
ditur Christus non solum recte agendi virtutem
spiritus gratiae assignans; sed nos exinanitiens ope-
rum omni fiducia, non enim reprehenditur in ea par-
te Pharisaeus, quia sibi arroget quod Dei proprium est,
sed quia meritis suis innititur, ut Deum propitium ha-
beat, quatenus dignus est. Sciamus ergo, quamvis
bonorum operum laudem Deo quis ascubat, si tamen
eorum iustitiam imaginatur salutis suae causam esse
vel in eam recumbit per rursus arrogantiae damnari. Ac
nota hic ventosam ambitionem non taxari, dum apud
homines gloriantur, qui sibi aliis male consciis sunt,
sed occultam hypocrisis, neque enim praeco dicitur
fuisse suarum laudum, sed tacite apud se precatus. Cae-
terum quamvis suae iustitiae famam non spargeret alta
voce, interior superbia Deo abominabilis fuit. Du-
plex autem eius gloriatio fuit: Nam primo se à com-
muni hominum reatu absoluit, deinde suas virtutes
profert. Negat se esse tanquam unum de reliquis, quia
à seculorum culpa sit immunis, quae passim regnant in
mundo. Quod autem iactat se bis ieiunare singulis
sabbathis, & decimas suorum bonorum dare, perinde
ac si diceret, plus se praestare, quam lex requirat. Sic-
uti Monachi in Papatu opera supererogationis praedi-
cant, ac si parum illis esset legem Dei implere.]

Verissimum est Deum nihil iustitiae in nobis inue-
nire nisi quod contulit. Deinde virtute magendi Spi-
ritui sancto assignari ab omnibus Catholicis. Denique
omni nos operum fiducia spoliari libenter fateamur.
Opera bona Spiritus sancti dona sunt, eo agente per-
ficiuntur, mercedem ex Dei promissa habent, fidu-
ciam, sensu Caluiniano nemo in illis habet, sed spem
firmam in Deo fore, ut illi opera spiritus nobis dona-
ta placeant. Quia vero nescit homo, amore an odio
dignus sit, necesse est etiam ut nesciat an opera Deo
grata sint, nescit, inquam, sed sperat, & sperat de gra-
tia, non de suis viribus. Nemo nostrum Deum se id-
circo propitium habere putat, quatenus dignus est,
sed quatenus eum Deus iustificavit, illi enim propi-
tius est, quem vocavit, & iustificavit.

Porro quod opera negat causam salutis, idque ar-
rogantiae deputat, graviter errat. Scriptura enim ope-
rum causam salutis tribuit, dat enim unicuique Deus
secundum opera sua. Non constant sibi haeretici, Ki-
medoncius Caluinianus de praedest. p. 250. media vo-
cat. [Praedestinatio non tantum complectitur finem,
qui est vita aeterna, verum etiam media ad illum fi-
nem, ut est vera in Christum fides, conversio, bona o-
pera, quae preparavit Deus, ut in illis sambulemus.]
Quam ob causam eum Mathias Hoe Lutheranus Pa-
pismi incusat in tract. Anticaluinistica. Verum odio
bonorum operum, hoc est virtutis, longius progressi
sunt quidam Lutheranos, aliqui enim contendunt
esse perniciosam ad salutem, sed de illis alio loco
actum est. Vide hic Mathiam Hoe. Martinum Lori-
chium in defensione Wenceslai Budowetz Baronis
cap. 69.

VERSUS 14.
Dico vobis, descendit hic iustificatus
in domum suam ab illo: quia omnis
qui se exaltat humiliabitur & qui
se humiliat exaltabitur.

QUESTIO I.
Cur Pharisaeus publicano iustior?
Descendit in domum suam iustificatus ab illo, non
quod suo factu publicanum iustificavit, sed
quod Pharisaeo iustum fuisse, ve: ex animo pu-
blicano Conzen in Euang. Tom. II.

blicanus veniam petiit, ideo & vere iustificatus est; S-
enim ficta fuisset eius humilitas, haudquaquam Pha-
risaeo fuisset preferendus, Graece habetur: εἰς τὴν οἰκίαν
αὐτοῦ ἦκεν, hic iustificatus in domum
suam, quam ille. Vbi necessario subaudiendum est,
magis vel potius, Hieron. adversus Pelagianos,
plus quam ille. Augustin. epist. 86. magis. Syrus בן
הן הן הן, quali legerit, πρὸ ἐκείνου, praeter illum, noster forte,
ἐκείνους: quod tamen non est necessarium. Quadruplex
est vero lectio πρὸ ἐκείνου, πρὸ ἐκείνους, ἢ ἐκείνους, ἢ πρὸ
ἐκείνους. Quae posterior etsi multorum est codicum,
non tamen sensum efficit vllum. Brugenis monet à
multis omitti πρὸ. Codicem 2. & 8. habere πρὸ ἐκείνου.
Syrus: iustificatus in domum suam, & פרישאי בן הן הן הן
iathir men hau phrischa, potius seu abundantius pra illo
Pharisaeo.

§. 2. Beza locum varie deprauatum putat, quod
insignem doctrinam contineat contra operum fidu-
ciam. Verum in eo non est deprauatus, quod noster
vertit ab illo, nam Erasmus ex Gellio testimonium pro
nostro adducit, ubi est friget, ab illo pra illo, sumpta
locutio ex Hebraeo בן הן הן הן sic usurpant: & habent
interdum veteres loquendi modos, nunc parum vsi-
tatos. Deinde si deprauatus est, non est id factum à
Catholicis, qui operum fiduciam rejiciunt: sed ab hæ-
reticis, vel Pelagianis, vel Caluinianorum antecesso-
ribus. Nam nihil simile est, quam Pharisaeorum &
Caluinianorum fiducia, utpote ad quos Pharisaeorum
vitia transierunt magno incremento; inani se fiducia
ipsi errare non posse iactant. Publicani vox est: Deus
propitius esto mihi peccatori. Caluiniani quos ambitio
caecavit, ne quidem in Dei conspectu confidentiam,
fastumque ponunt. Se electos, se filios, sua sibi pec-
cata omnia remissa, praesentia, praeterita, futura sta-
tent, se petire non posse, cum aliorum contumelia
sua iustitiam iactant, quam Deus iniustus imputet.

Calvinus totum hunc locum etiam deprauat.
[Atque locus perspicue docet quid proprie fit iustifi-
cari, nempe stare coram Deo ac si iusti essemus, neque
enim Publicanus iustificatus ideo dicitur, quod no-
tam qualitatem sibi repente acquisierit, sed quia in-
ducto reatu, & abolitis peccatis gratiam adeptus est; Vnde iustus
vide sequitur iustitiam in peccatorum remissione est-
se positam, Ergo sicuti Pharisaei virtutes sedavit ac
polluit prava confidentia ut nullius apud Deum pre-
cii fuerit laudabilis eius coram mundo integritas, ita
Publicanus nullis adiutus operum meritis sola venia
deprecatione iustitiam obtinuit: Quae scilicet non a-
libi quam in mera Dei clementia speravit. Sed vide-
tur esse absurdum omnes in eundem cogi ordinem,
cum longe alia sit sanctorum puritas quam fuerit pu-
blicani. Respondeo. Quantumvis in Dei cultu &
sanctimonia quis profecerit, si tamen reputet quan-
tum adhuc sibi desit, non posse alia forma rite precari,
quam si à reatu confessione incipiat, nam quamvis a-
lii plus, alii minus, omnes tamen communiter obno-
xii sunt. Quare non dubium est, quin legem hic Chri-
stus omnibus praescribat, ac si diceret, tum demum
Deum nobis placari cum operibus diffisi, gratis iusti-
ficari petimus. Et hoc quidem aliqua ex parte fateri Caluiniani
coguntur Papistae, sed mox pravo commento hanc contra Ca-
doctrinam adulterant. Concedunt omnes opus ha-
berent venia remedio, quia nemo perfectus est, sed pri-
mum miseros homines inebiant partialis (quam vo-
cant) iustitiae fiducia, deinde facti factiones affingunt
quibus reatum suum deleant. Atqui haec vna fidei no-
stria fultura esse debet, Deo nos esse acceptos, non
quod ita sumus promeriti, sed quia peccata non im-
putat.] Hic vera fallis, ambigua clavis miscetur. Pri-
mo fallum est, Iustificari proprie esse, stare coram Deo ac si non est veluti
iusti essemus; eo modo quo Calvinus intelligit, nempe iustum esse.
maneu.

Interpres
noster de
sensu.

Confiden-
tia Calui-
niana.

Contra Ca-tholicos.